

donec mittetur capitaneus Culphi. Et possint expendere inter omnes ducatos XII in die in omnibus expensis, et teneantur recedere cras omni causa remota. 10

9

Ἐκλέγονται ὑπὸ τοῦ Μείζονος Συμβουλίου τρεῖς προνοηταί, ὡς ἐπιθεωρηταί τῶν καπιτουλαρίων καὶ τῶν ἐντολῶν ὅλων τῶν ρεκτόρων καὶ ὀφφικιούχων καθὼς τῶν μισθοδοσιῶν καὶ τῶν ὀφελειῶν αὐτῶν. Οὗτοι ἐπίσης ἐντέλλονται νὰ ἐπιθεωρήσωσι τοὺς κατωτέρους ὑπαλλήλους καὶ τὸν μισθὸν τῶν νοταρίων καὶ τῶν γραφέων. Τὸ πόρισμα τῆς ἐρεῦνης των οἱ τρεῖς οὗτοι προνοηταὶ θὰ ἐκθέσωσιν ἐγγράφως ὡς πρὸς τὰ ὀφέλιμα καὶ ἀναγκαῖα. Μετὰ ταῦτα ἕκαστος τῶν ρεκτόρων, ὀφφικιούχων, νοταρίων καὶ γραφέων θὰ ἱκανοποιηθῇ ἀναλόγως τῶν προσόντων καὶ τῆς ἐργασίας του. 1362, Δεκεμβρίου 15.

Fo 86r Millesimo trecentesimo LXII, die XV Decembris. 1

Capta.—Quia inter alia, que prouisionem requirant, ut notum est, est prouidere super multis nostris rectoribus et officialibus ac scribis rectorum et officialium intus et extra, quorum aliqui sine multo labore recipiunt magna premia, salaria et utilitates; et aliqui sunt, qui coacti propter magnas expensas quas habent, et modicam utilitatem et salarium, sepe committunt multa contra honorem dominij et debitum rationis; et predicta cum Dei gratia bene possint reduci ad terminum, quod quilibet habebit contentari secundum labores et facultates suas; uadit pars quod elligantur in Maiori Consilio per quatuor manus ellectionum tres prouisores, quibus committatur, quod simul cum nostris officialibus rationum, qui de hijs debent esse informati, et alijs, qui sibi uidebuntur, uideant, examinent et se informant de capitularibus et commissionibus omnium rectorum et officialium, ac salarijs, et utilitatibus eorum; et similiter de utilitatibus, salarijs et premijs notariorum et scribarum intus et extra, que utilitates et lucra magna sint: et facta bona et diligenti examinatione, et habita uera informatione ponant ipsi tres prouisores in scriptis omnia, que eis uidebuntur bona, utilia et necessaria, occasione dictorum rectorum, officialium, notariorum et scribarum intus et extra; ita quod nostrum Commune habeat drictum suum, et quod quilibet secundum onera et facultates suas habeat contentari; et cum eorum consilio possint uenire ad quod consilium uoluerint, quod non possit eis denegari, sub pena librarum X pro quolibet contrafaciente predictis, uel alicui eorum, et quando uoluerint consilium Rogatorum, uel Quadraginta uocetur omni uice ad suam petitionem sub pena librarum trium; et legatur consilium; et quilibet in omnibus consilijs possit ponere partem; et habeant terminum, ut omnia bene regulentur usque sex menses proximos. Et possint accipi de omni loco et officio, non accipiendo ultra unum pro officio et non perdendo propterea aliquid quod haberent; et possint etiam accipi de hijs qui haberent duos sensus; et non possint refutare sub pena 25



ducatorum XX pro quolibet refutante. Et si consilium etc. In XL fuit capta, ubi fuerunt omnes de parte. In Maiori consilio. — De parte alij omnes. De non 8.

30 Non sinceri 13.

10

Περὶ ἀνταμοιβῆς καὶ βραβεύσεως Λουκίνου τοῦ Βερμίου, ἀρχηγῶν τῶν κατὰ ξηρὰν Βενετικῶν δυνάμεων κατὰ τῆς ἐπαναστατησάσης Κρήτης τῷ 1363, διὰ χιλίων χρυσῶν δουκάτων ἑτησίως. 1364, Ἰουνίου 16.

Fo 91^r Millesimo trecentesimo LXIII, die XVI Junij.

Capta. — Quia inter alias uirtutes et laudes, quibus ista Dominatio et Communitas claris attollatur ubique preconijs, illa fuerit, et fuit insignis atque precipua, quod Communitas eadem semper consuevit remunerare, et premiari illos qui per-
 5 sonas suas pro statu, et honore suo exposuerunt. Et sicut notorium est, egregius miles dominus Luchinus del Verme dilectus ciuis noster in Capitaneum nostrum generalem exercitus nostri terrestris contra proditores et rebelles nostros Crete destinatus, omnibus suis negotijs pretermis-
 10 sissis, solo affectionis zelo quod ad nos et Communitatem nostram gerit, acceptauerit capitanariam predictam, iuerit quamlibenti animo ad nostrum seruitium antedictum, ubi tam strenue et uiriliter se gessit, sicut manifestum est, quod diuina fauente clementia rebelles et proditores nostros predictos in fugam posuit et conflictum; uolentes ipsum renu-
 15 merare pro meritis, et ut alij eius exemplo ad honores et seruitia nostra futuris temporibus se disponant; uadit pars Christi gratia inuocata, et ut ipse in fide et deuotione nostra feruentius roboretur quod habere et percipere debeat a nostro Comuni omni anno in uita sua, pro sua prouisione ducatos mille auri. Et fuit primo capta in consilio rogatorum et additionis. Et est capta per omnes
 18 consiliarios et capita et XXXVI de XL.

11

Ἀπονέμεται σύνταξις ὑπερπύρων 500 ἑτησίως πληρωτέων ἀνὰ ἑξάμηνον πρὸς τὸν εὐγενῆ Ἰάκωβον Μουδάτσον ἐκ Χάνδακος, διότι κατὰ τὸν χρόνον τῆς ἐπαναστάσεως τῆς Κρήτης, παρέμεινε πιστὸς καὶ ὁ υἱὸς του ἐφονεύθη ὑπὸ τῶν προδοτῶν ἐκείνων. Ἡ σύνταξις αὕτη ἐδόθη ἰσοβία εἰς τὸν Ἰάκωβον καὶ μετὰ τὸν θάνατον αὐτοῦ, μεταβιβαστέα εἰς τοὺς ἄρρενας ἀπογόνους τοῦ εἰρημένου υἱοῦ του. 1364, Δεκεμβρίου 8.

Fo 93^{to} Millesimo trecentesimo LXIII, die VIII Decembris.

Capta. — Quod consideratis bonis operibus et portamento nobilis uiri Jacobi Mudazzo habitatoris Candide, ciuis et fidelis noster, qui tempore rebellionis Crete fidelissime et feruentissime se gessit, sicut plenissime notum est, fiat sibi gratia
 5 pro bono exemplo aliorum per futura tempora, considerato etiam quod eius filius